

2. Figuræ sententiæ sunt DECEM?

1. Exclamatio. 6. Addubitatio.
2. Epanorthosis. 7. Communicatio.
3. Aposiopesis. 8. Occupatio.
4. Apostrophe. 9. Permissio.
5. Prosopopœia. 10. Concessio.

(Talaus & qui eum sequuntur διχοτόμως hoc ordine procedunt: 1. Figura sententiæ vel est in Logismo vel Dialogismo. 2. Logismus est, quando sine collocutione sententia figuratur. 3. Estq; vel Exclamatio vel sui ipsius Revocatio. Apostrophe & Prosopopœia. 4. Exclamatio est, &c. 5. Revocatio sui ipsius est quando revocatur quippiam. 6. Estq; vel Epanorthosis vel Aposiopesis. 7. Apostrophe est, &c. 8. Prosopopœia est, &c. 9. Dialogismus est in Interrogatione & Responsione. 10. Interrogatio deliberatione & occupatione figuratur. 11. Deliberatio est cum varias tanquam consultationis rationes subinde interrogamus. 12. Estq; vel in Addubitatione vel Communicatione. 13. Addubitatio est, &c. 14. Communicatio est, &c. 15. Dialogismus occupationis est, cum alieni consilii interrogationem occupamus ejusque responsionem subjicimus. 16. Occupatio est, &c. 17. Responsio permissione & concessione figuratur. 18. Permissio est, &c. *Ad quid & his ingeminatis distinctionibus & subdistinctionibus discipulorum ingenia macerare convenit? An non de simplici & plano figuras ordine enumerare convenientius pro discipulorum captu erit? Philip. & alii Figuras sententiæ novem constituunt. Quarum. 1. Interrogatio. 2. Subjectio. 3. Exclamatio. 4. Dubitatio. 5. Inopinatum five paradoxon. 6. Cōmunicatio. 7. Præteritio. 8. Apostrophe five Aversio. 9. Licentia. Alii plures alias addunt. E quibus Præteritio Ironia subjicitur, quod sup. cap. 8. de Ironia annotavimus. Licentia verò, Inopinatum, Interrogatio, Subjectio & si qua sunt alia reliquis sententiæ figuris subjici possunt.*

possu
senten
& 40
tantu
reliq

est
clar
(G
nunc
aliqu
à gen
bis se
verbi

2
nam
enge
sun
lau
mir
jurg
tis.
can
affe
(V
tione
expi
ctum
pore